

INCIPIIT EPISTOLA PII PAPAE ECCLESIIIS OMNIBUS MISSA¹, UT IN² DIE
DOMINICO³ PASCHA CELEBRETUR

[H. 1] Omnibus ecclesiis in eadem, qua sumus, fide et doctrina⁴ manentibus Pius⁵ apostolicae
sedis⁶ archiepiscopus.

- 5 Gratias agimus, fratres, deo, quoniam crescit fides vestra⁷ et abundat caritas uniuscuiusque
omnium vestrum in invicem, ita ut nos ipsi in vobis⁸ gloriemur in ecclesiis dei.
Videte, fratres, videte, ut nemo vos seducat volens in humilitate et religione angelorum,
quae non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suae et non tenens caput, ex quo
totum corpus per⁹ nexum et coniunctiones¹⁰ ministratum et constructum crescit in
10 augmentum¹¹ dei, sed induite vos sicut electi¹² dei¹³ sancti et dilecti viscera misericordiae,
benignitatem, humilitatem, modestiam¹⁴, patientiam, supportantes invicem et donantes
vobismetipsis, si quis habet querelam, et sicut Christus donavit vobis, ita et vos.
Ceterum¹⁵ nosse vos volumus, quod pascha domini die dominico annuis temporibus sit
celebranda¹⁶. Istis ergo temporibus Hermes¹⁷ doctor fidei et scripturarum¹⁸ effulsit¹⁹ inter
15 nos, et licet nos eodem²⁰ pascha praedicta die celebraremus²¹, et quidam inde dubitarent, ad

Quellen:

4f.: *Gratias - dei*, II Thess. I. 3. 4.
7-10: *ut - dei*, Coloss. II. 18.19.
10-12: *sed - vos*, Coloss. III. 12.13.
13-17: *Ceterum - suo* sec. vit. Pii c. 2. in libr. pontif.

Rezeption

5-24: *Gratias – potestatis*: Coll. Ans. ded. XI,23.

¹ MISSA fehlt V630
² IN fehlt V630
³ DOMINICA I83
⁴ doctrinam O93
⁵ pius korr. aus pus V630
⁶ sedis korr. aus dis O93
⁷ nostra I83
⁸ vobis korr. aus nobis V630
⁹ am Rande perligaturam et vinculum VD38
¹⁰ coniunctione si I83
¹¹ am Rande incrementum VD38
¹² electi korr. aus electis VD38
¹³ die sancti] sancti die VD38
¹⁴ am Rande temperantiam VD38
¹⁵ am Rande De sancto ermeto I83
¹⁶ caelebrandum VD38
¹⁷ am Rande proprium nomen VD38
¹⁸ scripturarum O93; scripturarum korr. aus scripturam V630
¹⁹ am Rande resplendit VD38
²⁰ eidem I83; idem VD38
²¹ celebremus V630; celebraremus korr. aus celebremus VD38

corroborandas tamen animas eorum eidem Herme²² angelus domini in habitu pastoris apparuit et praecepit ei²³, ut pascha die dominico ab omnibus celebraretur tempore suo. Unde et vos apostolica auctoritate instruimus omnes eadem²⁴ servare debere, quia et nos eadem servamus, nec debetis²⁵ a capite quoquomodo²⁶ dissidere²⁷.

- 20 Cavete diligenter omnes, ne quis vos decipiat per aliquam astrologiam²⁸ ²⁹ vel philosophiam³⁰ ³¹ et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum et traditionem rectam. In Christo enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter³², ut sitis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis. [H. 2] Qui et hanc sanctam apostolicam sedem omnium ecclesiarum caput esse
- 25 praecepit ipso dicente³³ principi apostolorum Petro: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae³⁴ inferi non praevalent adversus eam, et tibi dabo claves regni³⁵ caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelo³⁶, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelo³⁷.

Quellen:

19: *nec - dissidere*, Leon. M. ep. 14. c. 11. (1,692). Cf. Calist. 1, Sixt. II. pp. 4, Melc. 3. ep. Aegypt. ad Marc, Iul. 9, Fel. IV. ep. 1.

20-24: *Cavete - potestatis*, Coloss. II. 8-10.

25-29: *Tu - caelo*, Matth. XVI. 18. 19.

Rezeption:

13-19: *Ceterum – dissidere*: Ps.-Remedius c.32.

13-19: *nosse – dissidere*: Ivo, Decr. IV,54; Gratian D. III de cons. c. 21.

18f.: *vos – dissidere*: Anselm v. Lucca I,11 (18: *vos apostolica auctoritate instruimus*] *instruimus vos apostolica auctoritate*) (s. auch 22-26); Bonizo IV,54 (18: *vos apostolica auctoritate instruimus*] *instruimus vos apostolica auctoritate*) (s. auch 22-26).

22-25: *In – Petrus*: Deusdedit I,76 (22: *enim*] *enim Ihesu*; 25: *Petrus*] *Petrus, et cetera*).

22-26: *In – meam*: Anselm v. Lucca I,11 (s. auch 18f.); Bonizo IV,54 (s. auch 18f.).

24-26: *Qui – meam*: Anselm v. Lucca I,22 (24: *Qui et*] *Christus*; 24: *sanctam*] *sacram*).

24-26: *Qui – eam*: Polycarpus I,2,4 (24: *Qui et*] *Christus*; 24: *sanctam*] *sacram*, 26: *eam*] *eam et cetera*)

24-28: *Qui – caelo*: Coll. Ans. ded. I,14.

²² ermeti I83

²³ ei fehlt VD38

²⁴ eadem servare debere, quia et nos eadem *korr. aus* eadem V630

²⁵ debetis *korr. aus* debemus V630

²⁶ *am Rande* aliquo modo VD38

²⁷ discedere VD38

²⁸ *am Rande* astrologia dicitur ars in qua de cursu astrorum disputatur VD38

²⁹ astralogiam I83; VD38

³⁰ *interlinear* filosophorum astutiam VD38

³¹ philosophiam] philosophiam proprie amor dicitur sapientie VD38

³² *am Rande* veraciter VD38

³³ dicente principi *korr. aus* dicente N442

³⁴ *am Rande* porte inferi peccata sunt VD38

³⁵ regni *korr. aus* regi O93

³⁶ caelis I83

³⁷ caelis I83

[H. 3] Quid enim prodest illi³⁸ suo errore non pollui³⁹, qui consensum praestat erranti⁴⁰?
 30 Sine⁴¹ dubio contra mandata dimittit⁴² 43, et qui peccat, et qui consensum praestat erranti.
 [H. 4] Oves enim pastorem suum non repraehendant, plebs⁴⁴ 45 vero episcopum non accuset,
 nec vulgus eum arguat⁴⁶, quia non est discipulus super magistrum neque servus⁴⁷ super
 dominum⁴⁸. Episcopi autem a deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit, non⁴⁹ a subditis
 aut pravae vitae hominibus⁵⁰ arguendi vel accusandi aut lacerandi ipso domino exemplo⁵¹
 35 dante, quando per seipsum et non per alium vendentes sacerdotes et euentes eiecit⁵² de
 templo et mensas nummulariorum proprio evertit⁵³ flagello et eiecit de templo et sicut
 alibi⁵⁴ per⁵⁵ prophetam loquitur dicens: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem
 deos⁵⁶ discernit⁵⁷. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitaverit⁵⁸ et iussa⁵⁹
 apostolicae sedis⁶⁰ libenter⁶¹ transgressus fuerit, infamis efficitur.

Quellen:

29f.: *Quid - erranti*, Hormisd. ep. ad episc. per Hisp. c. 2. (H. no. 91). Cf. Ben. III. 386.
 31-38: *Oves - discernit* sec. Ben. III, 167. 441. et Isidor. sent. lib. III. 39. no. 5. aut conc. Aquisgr. a. 816. lib. I. c. 31.
 Cf. Anacl. 19, Iul. 16. (Euseb. 9, Greg. ep. ad Fel.).

Rezeption:

29f.: *Quid - errant*: Coll. Ans. ded. XII,46; Regino ap. III,41; Deusdedit IV,58; Gratian D. LXXXIII, c. 4 (29f.: *qui - peccat et*).
 31-34: *Oves - lacerandi*: Ivo, Decr. V,243 (s. auch 1. Pius-Brief 50-52; 2. Pius-Brief 16-18; 2. Pius-Brief 21-23; 2. Pius-Brief 53-56); Ivo, Pan. IV,47; Gratian C. VI, q. 1, c. 9 (s. auch 50-52).
 31-39: *Oves - efficitur*: Coll. Ans. ded. II,72.
 31-42: *Oves - prius*: Anselm v. Lucca III,33 (36: *et mensas - templo* fehlt); Polycarpus V,1,9 (36: *et mensas - templo* fehlt).
 38f.: *Si - efficitur*: Anselm v. Lucca III,4; Deusdedit IV,315 (38: *Si - et*] *Qui*).
 38-42: *Si - prius*: Gratian C. III, q. 4, c. 3.

³⁸ illi *korr. aus illo* O93

³⁹ *am Rande* sordidari VD38

⁴⁰ erranti *korr. aus errante* O93

⁴¹ Sine dubio contra mandata agit, et qui peccat, et qui consensum praestat erranti *fehlt* V630

⁴² *am Rande* pugnat VD38

⁴³ agit V630; I83; dimicat VD38

⁴⁴ *am Rande* Ut episcopus non calumpnietur I83

⁴⁵ ples O93

⁴⁶ arguet O93; arguatur *korr. aus* arguantur N442

⁴⁷ servum O93

⁴⁸ dominum] dominum suum VD38

⁴⁹ non a] nam a *korr. aus* nam V630; nam a VD38

⁵⁰ hominibus] hominibus non sunt *korr. aus* hominibus V630; hominibus] hominibus non sunt VD38

⁵¹ exemplum *korr. aus* exemplo V630; exempla I83; exemplum VD38

⁵² eiecit I83

⁵³ *am Rande* deiecit VD38

⁵⁴ alibi per *korr. aus* alibi O93

⁵⁵ per *fehlt* VD38

⁵⁶ deus I83

⁵⁷ discernunt O93

⁵⁸ *am Rande* declinaverit VD38

⁵⁹ iussum V630

⁶⁰ sedis *korr. aus* sedes O93; V630

⁶¹ libenter *fehlt* I83

40 [H. 5] Reprobati ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti⁶² sunt. Fides
autem et conversatio primum scrutanda est et denuo⁶³, qui irrepraehensibiles apparuerint,
sunt recipiendi, et non prius, quia bonus homo⁶⁴ testante veritatis voce ex bono⁶⁵ thesauro
cordis sui profert bona, et malus⁶⁶ homo ex malo thesauro cordis⁶⁷ sui profert mala⁶⁸. Ex
abundantia enim cordis os loquitur. Ideo persona et opinio ac vita uniuscuiusque in initio⁶⁹
45 rimanda⁷⁰ est, quia boni semper infestantur a malis. Boni enim cum malis, licet mixti sint⁷¹
in ecclesia, vix concordari⁷² inveniuntur, quoniam dissimilis est eorum⁷³ cogitatio, voluntas⁷⁴
et actus. [H. 6] Nihil enim prodest homini ieiunare et orare et alia religionis bona agere, nisi
mens ab iniquitate revocetur⁷⁵ et ab obtreptionibus⁷⁶ lingua cohibeatur⁷⁷ 78. Unde ait
propheta: Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua, ne loquantur⁷⁹ dolum, deverte⁸⁰ a malo
50 et fac bonum. Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult, quia⁸¹ 82 nec

Quellen:

- 40: *Reprobati - sunt*, Ben. III. 427. (I. Visig. XII. 2. 10). Fab. 5 (Calist 17, Euseb. 3).
40-42: *Fides - prius*, Ben. I. 393. II. 381. aut c. 12. Angilr. (c. 21. conc. Chalc. D. et c. 8. conc. Carth. D.).
42-44: *bonus - loquitur*, Luc. VI. 45.
44f.: *ideo - est*, cf. Ben. et Angilr. 11. cc.
47f.: *Nihil - cohibeatur*, Caesarii Arelatens. hom. 27. (B. PP. 5. P. 3. p. 772).
49: *Cohibe - bonum*, Ps. XXXIII. 14.15.
-

Rezeption:

- 40-47: *Reprobati - actus*: Coll. Ans. ded. III,99.
47f.: *Nihil - revocetur*: Anselm v. Lucca XI,6; Gratian D. III de poen. c.21.
47f.: *Nihil - cohibeatur*: Polycarpus III,25,17 (22: *revocetur* fehlt). Gratian D. V de cons c. 23.
47-54: *Nihil - praeferenda*: Coll. Ans. ded. XII,47.

⁶² *am Rande* dubii VD38
⁶³ *am Rande* iterum VD38
⁶⁴ bono I83
⁶⁵ bone O93
⁶⁶ mali O93
⁶⁷ cordis sui *fehlt* I83; VD38
⁶⁸ malum O93
⁶⁹ interiori VD38
⁷⁰ rimanda] rimandantha *korr. aus* rimandatha VD38
⁷¹ sint in *korr. aus* sint O93
⁷² concordare *korr. aus* concordari V630
⁷³ eorum *fehlt* I83
⁷⁴ vovoluntas V630
⁷⁵ *am Rande* retrahatur VD38
⁷⁶ hoctrectationibus O93
⁷⁷ *am Rande* comprimatur VD38
⁷⁸ cohibeatur *korr. aus* cohibetur N442; V630
⁷⁹ loquantur *korr. aus* loquatur VD38
⁸⁰ Diverte V630
⁸¹ quia *korr. aus* qui O93
⁸² quia nec] quanto minus *korr. aus* quanto V630

in suspicione⁸³ debet venire fidelis homo, ut dicat aut faciat ea⁸⁴, quae pati non vult, quia omnis suspicio potius repellenda est quam approbanda⁸⁵ vel recipienda.

Caritas enim non quaerit, quae sua sunt, sed quae aliorum, quia unius causa multorum⁸⁶ non est praeferenda⁸⁷. Sectamini caritatem, aemulamini spiritalia. Caritas autem patiens⁸⁸ est, 55 benigna⁸⁹ est. Caritas non⁹⁰ aemulatur⁹¹, non agit⁹² perperam⁹³, non inflatur⁹⁴, non est ambitiosa⁹⁵, non⁹⁶ quaerit, quae sua sunt, non irritatur⁹⁷, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excedit⁹⁸ 99.

Semper rogo vos, ut deteriora reiciatis¹⁰⁰ et meliora perficiatis, quia nos non spiritum¹⁰¹ 60 mundi accepimus, sed spiritum¹⁰², qui ex deo est, ut sciamus, quae a deo donata sunt nobis, et ea sectamini¹⁰³ indifferenter¹⁰⁴. Data¹⁰⁵ VII¹⁰⁶ KI¹⁰⁷. Aprilis Claro et Severo¹⁰⁸. cc. consulibus.

Quellen:

50: *Nemo - vult*, Xysti Pyth. s. 168.169. Cf. Pont. 8, Melc. 5.

52: *Caritas - sunt*, I Cor. XIII. 5.

54: *Sectamini - spiritalia*, I Cor. XIV. 1.

54-58: *Caritas - excedit*, I Cor. XIII. 4-8.

59-61: *quia - nobis*, I Cor. II. 12.

61f.: Nota cons. des. ex c. 1. vit. Pii in libr. pontif.

Rezeption:

50-52: *Nemo – recipienda*: Ivo, Decr. V,243 (s. auch 1. Pius-Brief 31-34; 2. Pius-Brief 16-18; 2. Pius-Brief 21-23; 2. Pius-Brief 53-56); Gratian C. VI, q. 1, c. 9 (s. auch 31-34).

⁸³ suspitionem V630; VD38

⁸⁴ eo O93

⁸⁵ adprobendam VD38

⁸⁶ multorum] multorum ore VD38

⁸⁷ perferenda N442; proferenda I83; VD38

⁸⁸ am Rande patiens est ut sustineat mala VD38

⁸⁹ interlinear qui tribuit sua VD38

⁹⁰ am Rande invidet VD38

⁹¹ emulator O93

⁹² ait O93

⁹³ interlinear perverse VD38

⁹⁴ interlinear superbit VD38

⁹⁵ interlinear cupida avara VD38

⁹⁶ am Rande subauditur tatum quia sicut propriam sic aliorum desiderat salutem VD38

⁹⁷ interlinear incitat ad malum VD38

⁹⁸ am Rande peccat transgreditur VD38

⁹⁹ excidit V630

¹⁰⁰ reiciatis] non revocetis I83; respuatis VD38

¹⁰¹ spiritu I83; VD38

¹⁰² spiritu I83

¹⁰³ am Rande imitamini VD38

¹⁰⁴ am Rande cotidie iugiter VD38

¹⁰⁵ Dato VD38

¹⁰⁶ VIII N442; I83; VD38

¹⁰⁷ idus V630

¹⁰⁸ Severo] severo vv. N442